



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Oculi tui columba[rum], absq[ue] eo quod intrinsecus latet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CAN. CANT. CAP. III

dentia tua est: munditia tua, supernorum desiderium est: innocentia tua, religiositas est: humilitas tua, uera contra diabolum fortitudo est: uirginitas tua, matrum siue matronarum decus est. Hi sunt dulces moduli musicae coelestis, quos libenter audimus & intelligimus in uerbis istis iam diligentius pertractandis: Primum hoc est pulchritudine praedicamentum.

¶ Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.

Septē proprietates columbarum.

Quo Maria sicut columba

Luca. 2

¶ Oculi columbarum & oculi coruorum, hoc differunt: quo dulcedo simpliciter diligentium, & multiplex amaritudo inuidientium. ¶ Simplicitas columbarum septem habet insignia uirtutum naturalium. Haec namque auicula, primum sine felle est, deinde nihil uitium comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, libenter iuxta fluentia residet, ut uenientem accipitrem ex umbra praecognitum effugiat perniciter. ¶ Tu maxime, o misericordiae mater, sine felle es: nihil enim unquam habuisti inuidiae, nihil odij, quod familiare est rapacibus coruis. Nihil uiuum columba comedit, & tu longe ab illis es, de quibus scriptum est, qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Pullos alienos columba nutrit, & nos qui eramus alieni secundum carnem agnere tuo, ecce uiuimus tuis meritis. Grana candidiora columba colligit, & tu conferens in corde tuo testimonia de scripturis, creditum tibi conseruabas secretum dei. Columba in petris nidificat, & tu in solitudine fidei permanens, euasisti

COMMENTARIO LIB. III. Fo: 47

serpentis antiqui uenena. Columba gemitū pro cāntu habet, & tibi gemere dulce fuit, eo quod prae cunctis mortalib. mente uulnerata esses. Columba iuxta fluēta residet: tibi autem uel tuo peccatori omne fluentum scripturarū, quam cōtiguū est: Nunquam aduentus spiritalis accipitris tibi esse improuisus, aut te consequi, immo nec tibi appropinquare potuit.

¶ Igitur oculi tui columbarū, & hęc uera pulchritudo est, absque eo quod intrinsecus latet, quod solus in te deus uideret: nobis autem quia inexpertum, iccirco inefabile, immo & incogitabile est. Si enim quispiam dixit, & teste deo uel conscio, non mentiens dixit, raptum se fuisse in paradysum, siue usque ad tertium cœlum, ita ut nesciat, siue in corpore, siue extra corpus raptus fuerit, & audisse archana uerba, quæ non licet homini loqui: quanto magis tu regina cœlorum p̄sape cœlestibus interfuisti: quippe quam & circumsteterunt obstetricum uice, gloriam deo concinentes, angeli: & inter hęc didicisti uel assecuta es aliqd, quod latet & latere nos debet.

Absq; eo quod intrinsecus latet  
2. Cor. 12.

Luc. 2

¶ Capilli tui, sicut greges caprarū, quæ ascenderunt de monte Galaad.

¶ Qui greges caprarum, uel quando greges caprarum apparuerunt de monte Galaad? Vtique greges rationales, greges caprarum rationalium tunc apparuerunt, quando cœperunt homines eiui modi esse, de qualibus Apostolus dicit. Circueuerunt in melotis, in pellibus caprinis, & cœtera usque, & in cauernis terræ. Quando cœ-

Greges caprarū, prophete sunt & filij eorum  
Heb. 11.